

Dignior
locus le-
gatis da-
tus.

legari vero Apostolicæ sedis, quibus pri-
marius locus jure debebatur, a sinistris
sunt positi? Ut autem intelligas legatos
in sinistra ut nobiliori parte locatos, con-
sule, quæ a nobis abunde satis dicta sunt
superioribus tomis secundo & tertio de
ratione dignitateque dexteræ atque si-
nistræ.

LXVIII.

Sed & si quæ sunt dicta non placent:
quomodo majoris honoris causa id fuerit
ordinatum, cum ipsa sinistra in dexteram,
dextera vero in sinistram commutaretur;
audi quæ in antiquo Romano Ordine le-
guntur his verbis: *Sedebunt ea locali dis-
positione, ut intrantibus ecclesiam Epi-
scopi sint ad sinistram, presbyteri vero ad
dexteram: ut quando Pontifex sederit,
& ad eos respexerit, Episcopos ad dexte-
ram, presbyteros contueatur ad sinistram.*
Hæc ibi. Ex quibus etiam illud intelli-
gere possumus, sic a parte sinistra lega-
tos Apostolicæ sedis & post eos Episco-
pum Antiochenum, a dextris vero Dioco-
rum Alexandrinum & Juvenalem Epi-
scopum Hierosolymitanum esse locatos, ut
positus in medio Christus Dominus noster
(cujus typum gerebat sacrosanctum Evan-
gelium super thronum in meditullio col-
locatum) secundum illud Psalmographi:

(a) Ps. 81.

*(a) Deus stetit in synagoga deorum, in
medio autem deos judicavit: In eos respi-
ciens, a dextris haberet qui sederent in
sinistra, & a sinistris qui considerent in
dextera. Qua quidem ratione habita, fiet
ut multæ conciliari possint de sinistra &
dextera parte obortæ & oboriri solitæ
controversiæ, concordenturque variæ per-
plexitates, dum alia in progressu, in
confessu ratio alia attendatur ex diverso
aspectu primariæ personæ in medio seden-
tis, atque assistantibus præsentis. At de
confessu satis.*

LXIX.

De tempore autem, quo Synodus cæ-
pta, quoque fuerit absoluta: ex ejusdem li-
quet Actis inchoatam esse hoc anno o-
ctavo Idus Octobris, absolutam vero Kal.
Novembris: quo medio tempore, duo-
decim diebus, duodecim Sessiones, sive
Secretaria esse habita, Liberatus testatur:
(b) Actiones vero in eis habitas nume-
rat ipse quindecim; sed tum Latina tum
Græca exemplaria sexdecim continent,
cum tamen ob depravatos codices inter-
dum ex Græco corrigendus sit Latinus
textus, & ex Latino Græcus, habeantur-
que Actiones in Græco codice, quæ in

(b) Libe-
ra, in
Breviar.
c. 13.

PAGIUS

recepta fuit, ut testis est Hincmarus Archiepi-
scopus Rhemensis, in Opusc. 55. Capitulum
cap. 31. Quæ omnia variis auctoritatibus confir-
mat Baluzius & magnam huic opinioni probabili-
tatem conciliat.

XXIX.

Rufficus, qui Constantinopolim anno DXLVII.
cum Vigilio Papa patruo venerat antequam gra-
dus sui honore & ministerio ab eodem deice-
retur, aggressus est emendationem Gestorum Sy-

Latinis desiderentur. Nos autem, quid
singulis diebus gestum sit, Sessionis nomi-
ne suo ordine recensentes, tredecim nu-
meramus: sed quod sub una Sessione plu-
res interdum inveniuntur celebratæ esse
Actiones, extant omnes decem & septem.

Quod igitur ad primam pertinet Sessio-
nem: dispositis eo quo diximus ordine
Episcoporum sedibus in Secretario ante
cancellos, Marcianus Imperator primus
omnium allocutus est sanctam Synodum:
qua quidem oratione post alia illud ma-
gnopere inculcavit, quod a S. Leone Pa-
pa admonitus fuerat Patribus significan-
dum, istis verbis: *De cætero autem nemo
de nativitate Domini & Salvatoris no-
stri Jesu Christi aliud disputare, præter
quod Apostolicum præmium trecentorum
decem & octo sanctorum Patrum consonans
huic doctrinæ tradidisse noscitur; sicut san-
ctissimi Papæ Leonis, qui Apostolicum gu-
bernat thronum, ad sanctæ memoriæ Fla-
vianum regis urbis Constantinopolitana
quondam Episcopum testantur litteræ. Nos
enim ad confirmandam fidem, non ad osten-
dendam virtutem exemplo Imperatoris Con-
stantini, adesse Synodo cogitavimus, ne
in posterum multitudo populi institutioni-
bus pravæ attracti inveniantur dissen-
sientis, &c.* Profecuta est fastis acclama-
tionibus orationem Imperatoris sancta Sy-
nodus, eundem novum Constantinum ap-
pellans, quem ipse imitaturus, ad ipsam
Synodum se venisse testatus fuit.

LXX.
Prima Sef-
sio.Marcianus
arbitrio
Leonis
Papæ vult
peragi
Synodum.

Post hæc autem confidentibus omnibus,
necnon Diocoro Episcopo Alexandrino,
Paschasius Apostolicæ sedis legatus hæc
ad S. Synodum (c): *Beatissimi atque A-
postolici Papæ urbis Romæ, quæ est ca-
put omnium Ecclesiarum, præcepta habemus
præ manibus, quibus præcipere digna-
tus est ejus Apostolatus, ut Diocorus A-
lexandrinorum Archiepiscopus non sedeat
in Concilio, sed audiendus intromittatur:
hoc erga observare necesse est, &c.* Ad
hæc Lucentius Episcopus Apostolicæ se-
dis legatus adjecit in Diocorum, ipsum
esse indignum qui sedeat in Synodo, eo
quod Synodum ausus est congregare abs-
que sedis Apostolicæ consensu, quod num-
quam antea factum esset, nec rite fieri
posset. His igitur auditis, Judices statue-
runt in Diocorum afferri, quæ adversus
ipsum essent accusationes. Instante rursum
Lucentio, sedere cum aliis non debere,
qui venerat judicandus: interlocutione

LXXI.

(c) Synod.
Chalcedon.
Act. 1.

Ju-

noti Chalced. X. Kal. Martias anni DXLIX. Refellit
& eam absolvit anno sequenti III. Kal. Aprilis
Questnellus Tomo II. Operum S. Leonis pag. 888.
888. existimat, Rufficum intactam reliquisse se-
riem præcorum Actorum, & tantum adnotasse
emendationes suas ad oras paginarum. Verum,
ut animadvertit Baluzius; cum initio & in calce
primæ Actionis, testetur se Acta illa emenda-
sse; contulisse cum antiquis exemplaribus Gra-

cis